

13829/21

Λογικὴ LOGICA
Evolutam

LOGICES NATVRAM

πράξι SOPHISTICAM

Logicalium præceptionum ferè omnium
exhibens :

quam

Λόγω ἀσθητικῆ καὶ ἀφρητικῆ,

RECTORE SUPREMO & PRIMARIO,

in

Ludo Aurimontano,
sub præsidio

M. DANIELIS PARSCHITII,

Autor & Respondens


JOHANNES BAHIL BADINENSIS,

publicè, candidè τῶν φιλοσοφικῶν, ventilationi
submittit

ad diem 27 Februarii, Anni quò

Dable IesVs paCeM pLebl sVa Vngarie!

1669



unicum

JOHANNES BAHIL BAD

LEUTSCHOVIA Typis BREWERIANIS.

M. DC. LXIX.

" Régi nyomatványok, Mose, evang. : "
/314. ig. J. /

A

26 V

AD IDIUM

VIRIS

*Admodum Reverendis Clarissimis pietate, doctrinâque
omnigenâ affabrè expositis*

Dn. CHRISTOPHORO KLESCH,
Ecclesiæ Georgiô-Montanæ Presbytero fidelissimo,
viginti-quatuor Regalium Notario dignissimo,
Scholæque Inspectori solertissimo,

Dn. MICHAELI HÖHER
Parœciæ Modoranæ Mystagogo celeberrimo,
Literariiq; Ludi Scholarchæ frequentissimo,

*nec-non
Consultissimis, Nobilissimis longôque rerum usâ exercitatissimis
atq; integerimis,*

Dn. CASPARI HAIN,
Dn. TOBIÆ FURENSTEIN,
Celeberrimæ Reipublicæ Leutschoviensis Senatoribus
primiceriis,

*Dominis meis Patronis, Promotoribus, singulari
studio observandis, hoc exercitiolum scholasticum
strenu locò cum devotâ felicitatis & omnigena be-
nedictionis in novo anno appreciatione*

d. d. d.

JOHANNES BAHIL BAD

" Regl. ny omstaltet i 1874. 18. J. /
Lbce, evang. : "


Cujusvis D
prælimina
sive essentialis
scule eandem
organædis, cit
que hujuscem
auspicaturi no
nun tonumq;
quidam loqui
generaliter pri
dô tractaturi, a
& simplici M
plinam, præm
sese quâdam
cemodi Proce
prodromum,
tuas non alite
seu eâ, quæ fa
discendæ scien
intuitu, excip
sentiam (natur
tione. Utrân
bus, pro ingen
ayida talem 2

Proemium Logices continet
Definitio
quæ
Divisione

" Régl nyomatványok, Lőcse, evang. : " /314. ig. J. /

μεγάλιον

Ujusvis Dianoæticae disciplinae duplex apprimè statuitur tractatio altera praeliminaris, seu minusprincipalis & extraessentialis; altera principalis sive essentialis: hæc exhibet ipsam disciplinâ; illa tyronem disponit ad meliusculè eandem capeffendam. Simile nunquâ dissimile est & videre & audire in organædis, citharædis, chelonis & lyristis, tubicinibus atq; tibicinibus. aliisque hujuscemodi farinæ homuncionibus, qui cantilenam aliquam pullando auspiciantur non tam emerendæ benevolentiaæ ergo, quàm ut harmoniaæ Sonnum tonumq; incitent Symphoniacis unâ cantaturis, præciantur (seu ut quidam loqui amant, ast satis barbarè, præambulum præmittant,) hoc est, generaliter prius integram quasi cantilenam cantando delineant; parili modo tractaturi, aut in lucem aliquam disciplinam emissuri, *μεγάλιον*, quò rudi & simplici Minervâ, generaliter quasi & idealiter, integram exhibent disciplinam, præmittere consueverunt. Et quidem faciunt hoc ipsum non *necessitate* quâdam *absolutâ, simplici, indigentia & inevitabilitatis*, quasi citra ejuscemodi Proœmium nulla disciplina conscribi queat, quâ in re exemplum & prodromum, imitatione haud indignum habemus Stagiritam, qui plerasq; suas non aliter luci exposuit; verum *necessitate hypotheticâ atq; expedientia*, seu eâ, quæ facit ad bene esse, cum eò majori capiantur ardore discentes addiscendæ scientiæ alicujus, si quæ in eâdem sibi polliceri valeant, unò veluti intuitu, excipiunt. Cæterum præcipua quædam *τὸ μέγιστον* disciplinae essentialiam (naturam seu quidditatem) tradentis, pars est Definitio cum Partitione. Utrâmq; circa Logices *μεγάλιον* præcognoscendam, duabus thesibus, pro ingenii mei modulò expediam. Quare ἐν Θεῶν παραμερίσει καὶ ἀντιτάξει talem *Ἀξιωμασιον* meæ *Ἀξιωμασιου* pono:



naque
CH,
issimo,
mo,
ssimie
bus
Singulari
olasticum
igenabe-
BAD

26-V

Θέσις prior:

Logica est habitus instrumentalis in omni re verum à falso discernere docens.

ἐκθεσις.

§. 1. In hac propositione definitivâ subjectum & prædicatum sejunctim expendenda. Illud audit definitum; hoc definitio pressè dicta. Definitum est Logica. Circa quod evolvendâ imprimis ἐτυμολογία (notatio, derivatio, seu, ut alii volunt, originatio & vocis origo): ὁμωνυμία (æquivocatio sive varia vocabuli acceptio): & συνωνυμία (ἰσωνυμία seu æquipollens appellatio). Definitionem pressè dictam exhibent verba, quæ ἴδ EST sequuntur conjunctim accepta. Vicem generis tenet *Habitus instrumentalis*. Differentia partim ab *Objecto*, quòd omne Ens, partim à *Fine externo*, qui veri à falso discretio, desumitur. De quibus singulatim ordine.

§. 2. Logices ἐτυμον Græcas literas doctis ultrò patescit, Prout enim aliarum Dianoëticarum disciplinarum nomenclaturæ (v. g. Ontologia seu Metaphysica, Physiologia seu Physica, Pneumatologia seu Pneumatica, item Rhetorica, Poëtica, Grammatica) originatione Græcanicâ, factæ sunt Latinæ crebriore usurpatione; ita pariter est comparatum cum Logica seu Dialectica. Derivatur autem ex quorundâ mente *λόγος* quatenus hoc verbum omnem rationis actum, principaliter verò ipsam ratiocinationem dicit. Rectius tamen ex *λόγος*, prout *πρώτως* rationem, & *δεύτερος* orationem significat; eò quod Logica primariò circa rationem; secundariò circa orationem, quatenus hæc est signum & character rationis & cogitationum, cum aliis communicandarum, occupetur dirigendam. Unde etiam respectu priori Logica quasi *rationalis*, posteriori tanquam *sermocinalis* disciplina audit. Audit aliis ratio *λόγος* καὶ ἔσω, item *ἐνδείξις*; Oratio verò *λόγος* καὶ ἔσω, item *προσφώνησις*. Incassum hîc regeris (1.) *λόγος* est id unde venit Logica. Filius Dei est *λόγος*. Er. Filius Dei est id unde venit Logica. Nam in majori ἴδ *λόγος* capitur Philosophicè pro *λόγος* principaliter interno, minus principaliter externo; in minore Theologicè, non *ἐκποδῶς* pro Scriptura Sacra; sed *ἐκποδῶς* pro secundâ Trinitatis persona. Frustrâ (2): Vox *Logices* in Aristotele non legitur: Ergo minus convenienter hæc disciplina audit Logica. R. N. V. C. aliâs aliarum quoq; disciplinarum nomenclaturæ, quæ in libris Aristotelæis *διαρρηθῆναι* non leguntur è subfelliis scholasticis forent removeudæ. Ita v. g. quam ille Philosophiam & sapientiam primam nominat, nos communiter Metaphysicam, ex titulo *πρὸ τῶν μετὰ τὰ φυσικά* dicimus. Frustrâ tandem (3): Disciplina Latinè scripta Latinum nomen desiderat. R. Hôc pacto singularum scientiarum nomina, quæ singula

" Regl. ny omtat vényok, Lőcse, evang. : " /314. ig. j. /

Græcanica, castigatâ disciplinariū habitus donata, quâ primariò

§ 3. Originatio ita quoq; Logica disciplinis, quæ circa vulgò disciplinæ Illa enim occupat. Seu: illa *sermonis* in significato de St. quæ omnes disciplinæ & Mathematicam nomicam): & Logica Grammaticam) cogit, quid in veris dunt, per ἴδ vox Logica; quàm Grammaticæ operatione hîc attendimus.

§. 4. Porro Logica natiua, & Acquisita. Ex qua descriptio vis homine, etiam illis, à quâ immediatè alteri minus inest, ac temperamentorum Logica: quia si *bitus certis mediis* est. & Artificialis. Et *conversatione* philosophi, antequam hæc tuis viris prudentibus est facultas differens Doctrinalis & Encyclopedicæ artificiosissimi, ubi non intelligitur; sed liber ipse *tus naturalis ratiocinationis*

Græca-

Græcanica, castigari deberent. Equidem Logices appellatio, ut & aliorum disciplinariū habituum, ortu est Graja; Verūm crebriore usu libertate Latia est donata, quā primūm usus est ipse Latinitatis dictator Tullius; de quo supra.

§ 3. Originationem excipit æquivocatio. Prout quodlibet vocabulum, ita quōq; Logica est *πολυχῶς λεγόμενον*. Modò enim capitur *laxe* pro disciplinis, quæ circa *λόγον* tam internūm quām externūm occupantur. Quales vulgò disciplinae Logicae dicuntur, Grammatica, Rhetorica & Dialectica. Illa enim occupatur circa *λόγον purum*; ista circa *ornatum*; hæc circa *verum*. Seu: illa *sermonis puritatem*; hæc *ornatum*; isthæc *veritatem*, venantur. Hòc in significatu de Stoā Philosophi Philosophiam totam secarunt in Physicam, quæ omnes disciplinas Theoreticas (Metaphysicam, Pneumaticam, Physicam & Mathematicam): Ethicam, quæ Practicas (Ethicam, Politicam & Oeconomicam): & Logicam, quæ Instrumentales, (Dialecticam, Rhetoricam & Grammaticam) continebant. Ex hóc Logices significatu meliusculè intelliges, quid in versiculis, qui ea, quæ à Categoriis excluduntur, comprehendunt, per *ἡ* vox Logica, sit intelligendum, videlicet notiones secundæ tam Logicae, quā Grammaticæ & Rhetoricæ. Modò *prose* pro habitu disciplinari mentis operationes in cognitione veritatis dirigente: quam significationem híc attendimus.

§ 4. Porro Logica *prose* sumpta solet distingui in Naturalem, seu Connatam, & Acquisitam. *Naturalis est facultas differendi cuiilibet homini congenita*. Ex qua descriptione colligere licet: (1) Dari Logicam naturalem in quovis homine, etiam incultissimo incultiore: quia est facultas animæ rationalis, à quā immediatè tanquam *ἰδιον* naturale pullulascit. Alteri tamen magis, alteri minus inest, ob nobiliorem & exquisitiorem, organorum, spirituum, ac temperamentorum dispositionem. (2) Logicam connatam *κεχῶς* non esse Logicam: quia sic Logica notat *ἔξω*, non *δύναμις φυσικῆν*. *Acquisita est habitus certis mediis & labore multò comparatus*. Estq; Usualis seu Experimentalis, & Artificialis. *Usualis est facultas differendi sine preceptis, solà consuetudine & conversatione cum doctis, comparata*. Ejusmodi habebant veteres Philosophi, antequam hæc constitueretur disciplina: talis etiam hodie in multis viris prudentibus, causidicis & concionatoribus deprehenditur. *Artificialis est facultas differendi certis preceptis innixa*. Hæc iterum Systematica seu Doctrinalis & Energetica seu Habitualis. *Doctrinalis est Systema preceptorum Logicorum artificiosè digestorum*; v.g. Logica Dannhaweri, Scharffii, Bartholini, ubi non intelligitur habitus, qui est in Dannhawero, Scharffio, Bartholino; sed liberipte. *Habitualis est qualitas inherens intellectui, per quam facultas naturalis ratiocinandi facilitatur ad operandum cum delectatione*. Brevius:

" Régi nyomatványok, Lócse, evang. : "
/314. ig. j. /

est habitus Logicus in mente hominis. Et hæc tandem Docens vel Utens. Docens est habitus Logica prout simpliciter intellectum informat de modo cognoscendi veritatem. Utens est idem habitus Logica, quatenus per eum intellectus in certam materiam differit. Ex dictis dicendum (1) ex Logica naturali manasse Logicam usualem & artificialem: quia viri sapientes modum cognoscendi veritatem, naturali ductu frequentatum, observatum solertes collegerunt, poliverunt, tandemq; methodicò Systemate confectò, peculiarem habitum disciplinarem constituerunt. (2) Logicam naturalem, artificialem & usualem differre essentialiter & realiter: quia differunt specie, ita ut posteriores duæ ad primam Qualitatis Speciem, prima ad secundam, nempe potentiam naturalem, pertineat. (3) Logicam usualem differre ab artificiali modaliter & gradu perfectionis: quia utraq; continetur sub habitu: illa quidem ut imperfectior, siquidem certis præceptis, uti hæc non innititur. Hinc etiam sæpiculè aberrat, neq; tantâ, quantâ artificialis gaudet perfectione. (4) Logicam Habitualem distinguere à Doctrinali seu signatum & signum: quia hæc est saltem signum & representatio Logicæ habituales, quæ est in mente: unde nonnulli Doctrinalem ectypam, & habitualem archetypam vocarunt: quod ex hac illa ectypa aliquo fit expressa. (5) Logica docens & utens non differunt realiter, sed tantum ratione propter duos respectus, eosq; subordinatos: quia eò dum Logica instruit mentem meam, qui debeat definire, dividere, audit Docens: quatenus verò intellectus per ipsam doctrinam sese accomodat ad res, apprehendit hominem tanquam speciem, animal tanquam genus, constituit enunciationem, illi medium terminum addit, utpote sentit, dicitur Utens. Sed antequam hinc abeam quærere libet: An Logica Artificialis sit perfectior naturali? Videtur quod sic: quia opera naturæ perfectiora & certiora sunt operibus artis, Aristot. 7. Physic. c. 2. Distinctè hic respondendum: opera naturæ sunt in duplici differentia: quedam enim semper sunt uniformiter, dicunturq; esse determinata ad unum v.g. frige factio aquæ, & defactio ignis, motus circularis Solis, motus gravium deorsum, levium sursum; quedam verò non semper sunt uniformiter, sed nonnunquã rectè, nonnunquã verò enormiter, v.g. ambulatio, sumptio, appetitio. Jam velim dicere: opera naturæ sensu priori omninò esse quavis arte certiora & perfectiora. Ratio: quia talia (per extrinsecam non impedita) errare nunquam possunt, quod tamen potest ars: atq; eò explicatu est intelligendus locus ex Aristot. supra allegatus. Opera verò naturæ sensu posteriori arte sunt imperfectiora. Hanc igitur, ut à suâ imperfectione quadantenus liberentur, amicissime exposcunt. Atque inter illa opera naturæ etiam occurrit Logica nostra naturalis, quæ, ut *τὸ λόγος ἀληθὲς* luc. lentius assequatur, artem postulat.

" Régl nyomatványok, Iócase, evang. :"
/314.ig.j./

§. 5. Variam
nes: quæ vel prim
Circa quam brevic
sed planè falsò tan
de λόγος sermo, &
positio δὲ de nota
(quæ de re videlicet V
sed verisimile seu p
tis joculariter à dīo
dētis, deductum
Orthographia: na
xica. Alii tandem
dissertationem om
nem Logices de Sy
Logicem æquipoll
totâ disciplinâ som
in Organo lib. 1. So

Alterum Syno
λογιστικόν, ab ἐργασίᾳ: qui
gica ita dicitur ab o
disciplinas paranda
gica communiter in
vri de Prædicabilibus
vri & totidem post
lenchorum. Audit i
præ cæteris instrum
qui sese diffundit a
constitui possunt G
intellectum instruit
quia rationem, ne c
dus sciendi & cogn
fundo latentem alle
quia ideò inventa,
ἡ ἀληθὲς ἀρτις ἀρτις
tificiosè in veritatis
his rationis, cynofur
hæc artium, ars artiu
plurimum: quæ de x

el Utens.
cognoscen-
tu in cer-
asse Logi-
di verita-
polive-
discipli-
n differre
e ad pri-
turalem
du perfor-
on, siqui-
e aberrat,
itualem
gnnm &
i Doctri-
la ceury-
; sed tan-
ogica in-
quatenus
endit ho-
ationem,
tequam
ali? Vi-
bus artis,
sunt in
turq; esse
circularis
oper sunt
mbulatio,
minò esse
eam non
explica-
turae sen-
fectione
opera na-
e. alentiùs

§. 5. Va-

§. 5. Variam Logice acceptionem exosculantur multifariae appellatio-
nes: quae vel primariae vel secundariae. *Primaria* generalis est *Dialectica*.
Circa quam breviculè expendenda notatio & significatio. Quidem eandem,
sed planè falsò tanquam dicti onem decompositam derivare satagunt, ex *dia*
de *λογος* sermo, & *επιστήμη* scientia, q. d. scientia de sermone. Ast nuspiam & præ-
positio *δια* de notat sive cum Generandi, sive cum Accusandi casu ponatur
(quà de re videbis Wellerum in Grammatica p. 252.): nuspiam *επιστήμη* scientiam,
sed verisimile seu probabile! Alii, inter quos primas tenent Summulistae, sa-
tis joculariter à *δύο καὶ λέξις* q. d. sermo duorum scilicet oppositis & respon-
dētis, deductum ennt. Ast huic originitioni ἰσοδυναμοφανέρως contradicit
Orthographia: nam scribendum foret Dyalectica cum y; vel potius Dyale-
xica. Alii tandem omnium optimè *λογική* quatenus hoc verbum
dissertationem omnem insinuat: & interdum viū Peripateticorum, portio-
nem Logices de Syllogismo probabili notat; interdum autem simpliciter, ad
Logicem aequipollet, & præ Logicā hanc prærogativam habet, ut *ἐπιστήμη* pro
totā disciplina sumatur apud Philosophum, tñm in Rhetoricis lib. I. c. I. cum
in Organo lib. I. Soph. Elen. c. 2. t. 2. Logica verò nullibi.

Alterum Synonymum *primarium* sed *speciale* est *λογιστική* dictum, quæ
λογιστική, ab *λογίζομαι*: quia ad opus producendum quodvis instrumentum fiat. Lo-
gica ita dicitur ab officio & usu; quia ad veritatis indagacionem, & ad alias
disciplinas parandas, ceu instrumentum adhibetur. καὶ ἐξ ὧν Aristotelis Lo-
gica communiter hōc modò appellatur, quæ complectitur *Ἰσαγογὴν* Porphy-
rii de *Prædicabilibus*, librum *Categoriarum*, de *interpretatione*, libros *duos* *priorum*
et *totidem* *posteriorum Analyticorum*, *ὅσα* *Topicorum* et *duos* *Sophisticorum* *E-*
lenchorum. Audit insuper cum addito *λογιστική* tñm ob dignitatem, quā
præ cæteris instrumentis liberalibus gaudet; tum ob usum communitatem,
qui sese diffundit ad omnes facultates & disciplinas. Synonyma *secundaria*
constitui possunt Græca & Latina. Græca sunt (1) *παιδεία* seu disciplina; quia
intellectum instruit quomodo verum in rebus venari debeat. (2) *μεθοδική*;
quia rationem, ne circa veritatem aberraret, dirigit. (3) *τεχνικὴ ἐπιστήμη* mo-
dus sciendi & cognoscendi; quia modum suppeditat, quò veritatem in pro-
fundo latentem allequi valeamus. (4) *χειρὶς τῆς φιλοσοφίας*, manus Philosophiæ;
quia idè inventa, ut per eam ad sapientiam qualim manu duceremur. (5) *τι-
μη λόγου* ars rationis & orationis: quia utramq; rationem cum oratione ar-
tificiosè in veritatis investigatione & manifestatione dirigit. Latina sunt ocu-
lustrationis, cynosura mentis, cos ingeni, lima iudicii, panacea memoriæ,
lux artium, ars artium, scientia scientiarum, janua scientiarum, sepes disci-
plinarum: quæ de re plura videbis in *Palæstra Logica Eilleriana*.

7

§. 6. Ha-

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang. : "
/314.ig.j./

28-V

§ 6. Haftenus fuit examen Logices ontomasticum: sequitur jamnum pragmaticum. *Definitio praese* accepta perficitur duobus conceptibus quiddi-
 tativis: quorum alter est convenientiae qui Genus; alter disconvenientiae,
 qui Differentia vulgò dicitur. Genus investigare alicujus rei non est difficile.
 Videndum ante omnia, in quâ Categoriâ definitum seu res definienda inve-
 niatur (quod enim in certo prædicamento locum non habet, id etiam propriè
 definiri nequit): repertò prædicamentò habes jam genus summum. Id cum
 nondum possit ingredi definitionem, per genera remota & propinqua eo-
 usq; progrediendum est, donec offendas id genus, quod proximè cõfinito, in
 illa scala prædicamentali, superjacet. seu inter quod & definitam speciem.
 (omne enim definitum prout definitur est species) nihil est intermedium. Fit au-
 tem hoc ipsum dividendo summum genus in species & specierum species, &
 subsumendo definitum sub aliqua harum. Ita v.g. inquisiturus Logicae ge-
 nus, si de summo genere ambigo, offert sese Qualitas. Cum enim à Logica
 quales dicamur, & Logica ad modum formæ essentialis, extraessentialiter su-
 um Subjectum informet, quod est de formali ratione Qualitatis, eam sub Qua-
 litate contineri ultrò patescit. Habeo sic summum genus: hoc ipsum divi-
 do in suas Species. Invenio autem infra de Qualitate quatuor ejus Species:
 Habitum, Potentiam, Passionem & Formam. Video Logicam sub habitu
 comprehendì, cum nec potentiae, nec patibilis, nec formæ definitio ei possit
 applicari, habitus verò optimè. Cum verò habitus sit vel animi, vel corpo-
 ris, Logicam ad priorem referendam patet: quia non corpus, sed animum
 perficit. Porro cum habitus sint vel intellectuales vel morales: ad illos, non
 verò ad hos spectat Logica: quia modum intelligendi, non volendi infor-
 mat. Iterum habitus intellectuales dicuntur alii reales, alii instrumentales:
 illi circa res ipsas, hi circa notiones rerum versantur; sub quibus posteri-
 bus Logica tanquam notionalis disciplina sine dubio continebitur. Erit igitur
 ejus genus habitus instrumentalis, idq; proximum. Quod inde cognosco:
 quia si hoc genus porro divido immediatè subjacet hæc Species, videlicet ha-
 bitus instrumentalis est vel Grammaticus vel Rhetoricus vel Logicus. Hic
 apertissimè video in scala prædicamentali Qualitatis, immediatè habitui, in-
 strumentali subjacere Logicam, atque ad eò esse terminum essentialem, eun-
 demq; latiore Logicâ, cum in eò Grammatica, Rhetorica & Logica con-
 veniant. Insuper patet id ex definitione habitus instrumentalis, hæc modò:
*Habitus instrumentalis est qui propter alium habitum expeditur. Logica propter
 alium habitum expeditur. Er. Logica est habitus instrumentalis.* Major est
 definitio habitus instrumentalis, quæ simpliciter convertibilis. Minorem
 nullus in dubium vocabit: nemo enim verè nisi ob alias disciplinas eam ex-

" Régl ny omtat vérvok, Lõcse, evang. : "
 /314.ig.j./

petit, & totus ejus usus
 de Logica. Remotâ
 bus cessabit quoq; & i
 instrumentalium est g
 spectivum est genus B
 lis est respectivum. E
 nozem probat Heereb
 ad causam principalem
 Logica autem est ens
 & quidem in primâ S
 absoluta. &c. Distin
 dentale: illud non po
 cipis (2) Habitus cum
 jorem ex parte Subje
 cadit. Superinde sis
 libus perorata lis est) a
 quæcunq; doctrina uti
 vocabuli est; si posteri
 est. Sufficit id de Gen
 §. 7. Differentia
 nempe illa pars propo
 catur aliâ Subjectum
 tione. Aliud in quo
 accidentis, locus locat
 Subjectum agnoscit an
 aliâ constitutionis seu
 respectu hominis, ovu
 in quo aliquis occupat
 occupationis; tractatio
 teria circa quam: Sic
 fabri. De ejusmodi h
 da occurrunt; Materi
 randi. Objectum mat
 eusq; rationis directrix
 Logica. Per ens intell
 ens rationis, negationi
 gnoscit; sed etiam on

petit, & totus ejus usus locatus est in alio, qui si aboleatur, facile actum erit
de Logica. Remota autem vel sublata Philosophia, cum reliquis facultati-
bus cessabit quoque, & ipsa Logica, quod ipsorum & natura & nota habituum
instrumentalium est genuina.

Excipit fortassis (1): Nullum re-
spectivum est genus Entis absoluti. Instrumentum & habitus instrumenta-
lis est respectivum. Et. Habitus instrumentalis non est genus Logicae. Mi-
norem probat Heerebord pag. 4. Instrumentum, inquit, refertur tum
ad causam principalem cui inservit, tum ad effectum, quod eo producitur:
Logica autem est ens absolutum: quia locatur in Qualitatis Praedicamento
& quidem in prima Specie, puta, habitu. At qualitas tantum continet entia
absoluta. & Distingue inter respectivum Praedicamentale & Transcen-
dentale: illud non potest esse genus entis absoluti, bene tamen hoc. *Ex-*
cipit (2) Habitus cum recta ratione effectivus est ars. Logica En. Limit. Ma-
jorem ex parte Subjecti: scilicet per vim locomotivam factus. Sic minor
cadit. Superinde sis? *si artem dixeris* (nam, de reliquis habitibus intellectua-
libus perorata lis est) aut *laxè illam vocem capis*, aut presè. *Si prius* (pro
quacumque doctrina uti fit lib. I. Topic. cap. I. & lib. I. Metaphys. c. I.) abusus
vocabuli est; *si posterius* inter artes mechanicas etiam Logica numeranda
est. Sufficit id de Genere, aliquantulum etiam de Differentia.

§. 7. Differentia sumitur à Subjecto & Fine. *Subjectum aliud est de quo,*
nempe illa pars propositionis, cui aliquid inesse, vel non inesse dicitur. Vo-
catur aliàs *Subjectum Praedicationis seu Attributionis*, de quo infra in enuncia-
tione. *Aliud in quo* cui alterum inest; sicut substantia est Subjectum in quo
accidentis, locus locati. *Audit aliàs Subjectum inhaesionis*. Tale Logica
Subjectum agnoscit animum humanum, & in eo intellectum. *Aliud ex quo,*
aliàs constitutionis seu productionis. Vocatur item *materia ex qua*, ut, semen
respectu hominis, ovum pulli, lignum domus. Denique aliud est *circa quod*
in quo aliquis occupatur, & circa quod versatur. Dicitur aliàs Subjectum
occupationis, tractationis, considerationis, &; unà voce, objectum, item ma-
teria circa quam: Sic corium est objectum futoris, pannus sartoris, ferrum
fabri. De ejusmodi hòc locò quaeritur. Et in tali Subjecto, duo observan-
da occurrunt: Materiale seu res considerata, & Formale seu modus conside-
randi. *Objectum materiale est omne Ens.* Probo: *Quisquis se ratio extendit,*
eo usque, rationis directrix Logica. *At ratio circa omne Ens occupatur.* Er. *Et*
Logica. Per ens intelligas velim non solum naturas reale, positivum & deus leges
ens rationis, negationis, privationis, quatenus haec intellectus indirectè co-
gnoscit; sed etiam omnes conceptus rerum, principaliter quidem notiones

B

secun-

" Régl nyomtattványok, Lőcse, evang. : "
/314. ig. j. /

28-V

Primas minus principaliter notiones secundas, quatenus eis ad modum entiam realium alia notiones secundae imponuntur. *Excipit*: Ens est objectum Philosophiae. Et non Logicæ. & Distinguendum hic inter objectum materiale, quod poterit esse totius Philosophiæ, & formale, quod solius Logicæ. Est atque ens objectum *Metaphysica, quatenus Ens: est Subiectum Physica, quatenus corpus naturale: est Materia circa quam Pneumatica quatenus spiritus, & Mathematica quatenus quantum.* Deinde eodem pacto Rhetorica dici posset circa res politicas & civiles versari, non quod Rhetor res civiles per se tractet, ut Politicus; sed quod secundum præcepta artis dicendi, de rebus illis politicis peroret. Non inconueniens addit simile Cracanthorpius in sua Logica l. 2. de Prædic. præfatione p. 37. *Nam, inquit, ut ars fabrilis, qua ferrum ad hunc vel illum usum aptat, leuem quantum notitiam desiderat, accuratam vero Philosopho relinquit; ita & Logica res considerat pinguis solum Minervæ, ut eo commodius ac facilius propositiones suas & Syllogismos formet fabricetque, exactam autem veram scientiam aliis disciplinis ad quas singule spectant, relinquit.* Hæc ille. *Excipit* (2): Multæ res sunt quæ nos latent. Et Logica non versatur circa omnia. & Versatur circa res incognitas potentiâ, ita quidem ut iis in hanc erumpentibus possit conceptus imponere. Et quidem versatur circa illas, non quoad inventionem, quia res sæpe sunt abstrusissimæ, ut in Theologia; sed quoad dispositionem, hæc est, methodicè res tractando. Quære hic alibi scit: *An etiam res & vocæ Theologica sint Subiectum Logica?* Quidni? Si notionibus Grammatices, Rhetorices & Poëtices vestiri possent, cur non & Logices? Quemadmodum ergo nulla facultas notiones Logicas respuit; ita nec Theologia. Interim termini ejuscemodi prius sunt depurgandi & ab imperfectione liberandi, quam mysticis & increatis rebus applicentur. Exemplum habes evidens in Philosophiâ, ubi generatio Physica mutationem & essentia multiplicationem infert. At hæc in Deum non cadit. Ergone ideo generatio filii non erit vera & propriè dicta generatio? Quæ de re uberioris Eiferus in sua Palæstra Logica.

§. 8. *Subiectum Dialectices formale, quod etiam conditio sub qua vocatur, est omnis res, quatenus intentionibus Logicis sub stare potest.* hoc est, quatenus definiti, dividi, demonstrari, enunciari, methodicè disponi potest. Hoc subiectum & exæquat Logicam, & à cæteris disciplinis eandem discriminat. Exinde luce meridiana clariùs conspicitur, Logicam esse specie divorfam disciplinam à Metaphysica. Ratio est in promptu: *Quacumque genere sine & subiecto differunt, illa non constituunt unam disciplinam.* *Metaphysica & Logica.* Et Minor: *Metaphysica genus est sapientia; Subiectum Ens quatenus*

" Régl ny omtat vérnok, Lőcse, evang. : " /314. ig. j. /

Ens; finis speculati: D tenus notionibus Logicis
 Per hoc objectum Log notiones secundas con dicendi proponit. Et alia Rhetorices.

§. 9. Tantum de plex vulgò statuitur in fex vel agens cessat age est usus & uturpatio ist fit in potestate artificis nu. adæquatus & totali (ut inquit Philosophus disciplinis practicis, sic in cognoscendo dirig perationes eliciantur, *Practicum specificè disc est: ut enim à fine con Finis partialis & prim in tota Logica traditur affectio, vel oppositum logismum referri quea non tractentur nisi per enuntiatio, ordinatio mus finis adæquatus L tio, seu discretio veri à f gitur, is finis est exterr De veritate agit Meta veritate in actu signato. Mathematica in actu e directivo, id est, dirig*

Partes Logic gismi: & Materiali

Ens;

Eni; finis speculari: Logicae genus est habitus instrumentalis, subjectum Eni, quod tenus notionibus Logicis informari debet ac potest, finis operari. Excipis: Per hoc objectum Logica non differt à Grammatica. Er. R. Grammatica notiones secundas congruè loquendi: Rhetorica ornate dicendi: Poëtica ligatè dicendi proponit. Er. aliae notiones secundae Logices, aliae Grammatices, aliae Rhetorices.

§. 9. *Tantum de Subjecto: Finis Logicae est id, quod intendit Logica. Duplex vulgò statuitur internus & externus. Internus dicitur, quò productio artificis vel agens cessat agere; talis est respectu architecti domus. Externus verò est usus & uturpatio istius operis, v.g. inhabitatio. Differunt idè, quod ille sit in potestate artificis; hunc verò artifex non temper obtineat. Finis internus, adequatus & totalis Logicae est rectitudo functionum intellectus. Haec enim (ut inquit Philosophus Regiomontanus) specificè distinguit Logicam ab aliis disciplinis practicis, siquidem ex illis nulla circa rationem ita versatur, ut hanc in cognoscendo dirigat, modumq; praescribat, juxta quem rectae mentis operationes eliciantur, & ubiq; verum eruatur. Quicquid autem habitum Practicum specificè discriminat ab aliis habitibus practicis, illud finis ejus internus est: ut enim à fine constituitur, sic etiam per eundem specificè discriminatur. Finis partialis & primarius est Syllogismus cum ad eum ferè omne quicquid in tota Logica traditur, referri possit, ita ut ejus sit vel materia, vel forma, vel affectio, vel oppositum. Et licet omnia, quae tradit Logica suo modo ad Syllogismum referri queant, tamen quia non singula ita referuntur ut alià ratione non tractentur nisi per essenziale ordinem ad ipsam, (v.g. definitio, divisio enuntiatio, ordinatio methodica, prout absolute spectantur), utique Syllogismus finis adequatus Logices esse nequit. Finis externus est veritatis indagatio, seu discretio veri à falso. Patet: Ad quem finem internus à Logico dirigitur, is finis est externus. Ad veritatis inquisitionem. Er. Excipis: De veritate agit Metaphysicus. Er. non Logicus. R. Metaphysica agit de veritate in actu signato, h. e. cognoscit quid & quotuplex veritas: Physica & Mathematica in actu exercito, hoc est, cognoscunt res veras: Logica in actu directivo, id est, dirigit intellectum ne in indagatione veritatis aberret.*

¶ Omnis posterior:

¶ Partes Logicae duae sunt: Formalis, quae formam Syllogismi: & Materialis, quae materiam tradit.

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang. : "

26-V

in sensu.

§. I. Formalis aliàs audit Communis & Generalis: Materialis verò Propria & Specialis. Ad illam pertinet doctrina de termino, enunciatione & Syllogismo in communi: ad hanc materia tripla scilicet necessaria, quâ Demonstrativus; probabilis, quâ Dialecticus, & Specietenus vera, quâ Syllogismus sophisticus gaudet. Illa ab Aristotele in suo organo absolvitur libro Categoriarum, de interpretatione, & prioribus Analyticis: hæc in posterioribus analyticis, topicis & elenchis Sophisticis. Quam divisionem esse accuratam sic probo (1) cum Sthalio: *Quot modis pervenire possimus ad veritatem, tot sunt partes Logicae. Sed duobus modis, forma scilicet instrumentorum & eorundem materia.* Er. Minor patet: *quia in Syllogismo vel negamus consequentiam, quando peccatur in forma, vel alterutram præmissarum, quando peccatur in materia.* (2) *In quâ divisione non plus adest, neque quicquam abest, ea est genuina.* In data Logicae divisione. Er. Major: quia membra divisionis debent adæquari toti diviso. Minor propriâ luceradiat, aut si quis, da contrarium. **EXCIPIS:** Metaphysica & Physica quoq; dividuntur in partem communem & propriam. At divisio debet retromere, cum diviso. R. Sed non Logicè: quomodo nec Logica dividitur in partem communem & propriam Physicè. Deinde hæc divisio est communis aliis disciplinis, materialiter seu quoad nomen; non formaliter seu quoad rem & applicationem.

περί τῶν ΣΟΦΙΣΤΙΚῶΝ SOPHISTICA

Secundum præceptorum Dannhawerianorum seriem adornata.

1. Homo est species. Jacobus est homo. Er. Jacobus est species. Confunditur notio prima cum secunda.
2. Omnis contradictionis pars altera est vera. Omne falsum est altera pars contradictionis. Er. Omne falsum est verum. R. Confusio Syncategorematis cum Categoremate.
3. Qui non est homo, non est risibilis. Elias est risibilis. Er. Elias non est homo. R. Confunditur terminus infinitus cum finito.
4. Nullum malum est à DEO. Tomas est malus. Er. Tomas non est à DEO. R. Confunditur abstractum cum concreto.

5. Essen-

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang. : " /314. ig. j. /

5. Essentia Divina e
Essentia divina est
Filius est Pater. R.
6. Est animal. Er.
Est homo. R.
7. Nullum genus est
Habitus est genus
Habitus non est ad
8. Lens bene sapit
Pediculus est lens
Pediculus bene sa
9. Quos digitos hab
Atquitantillos ha
10. Lapis aut est cæc
Sed non est cæcus
Est videns. R. N
11. Qui ad dextram a
Christus ad dextr
Christus in loco f
12. Quicunq; sunt ex
Omnes creaturæ
Omnes creaturæ
13. Quid quis videt,
Lapidem quis vi
Lapis videt.
Item: Act: 19: 25. O
Roma vidit Paulu
14. Populus nascitur
Ibi sunt multi hor
15. Logica efficit Sop
Logica non est d
16. Qui dicit te esse h
Qui dicit te esse f
Qui dicit te esse fu
Item: Qui dicit te esse
Qui dicit te esse fu

5. **Essentia Divina est Pater.**
 Essentia divina est Filius. Er.
 Filius est Pater, & Terminus Communis ponitur ut absolute Singularis.
6. **Est animal.** Er.
 Est homo. & N. C. quia à genere ad Speciem non licet argumentari.
7. **Nullum genus est accidens.**
 Habitus est genus. Er.
 Habitus non est accidens. & Confunditur accidens Prædicabile cum Prædicamentali.
8. **Lens bene sapit.**
 Pediculus est lens. Er.
 Pediculus bene sapit. & Est Æquivocatio.
9. **Quos digitos habuisti infans, eos & nunc habes.**
 Atqui tantillos habuisti. Er. & Confunditur Substantia cum Quantitate.
10. **Lapis aut est cæcus aut videns.**
 Sed non est cæcus. Er.
 Est videns. & Non sunt termini immediate Oppositi.
11. **Qui ad dextram alicujus sedet, in loco sedet.**
 Christus ad dextram Patris sedet. Er.
 Christus in loco sedet. & est ἐλεγχὸς ὁμωνυμίας.
12. **Quicumque sunt ex Deo, verbum Dei audiunt.**
 Omnes creaturæ sunt ex Deo. Er.
 Omnes creaturæ verbum Dei audiunt. & fallacia ἀμφιβολίας.
13. **Quid quis videt, id videt.**
 Lapidem quis videt. Er.
 Lapis videt.
- Item:* Act: 19: 25. **Oportuit Paulum & Romam videre.** Er.
 Roma vidit Paulum. & Fallacia Compositionis & Divisionis.
14. **Populus nascitur in hortis.** Er.
 Ibi sunt multi homines. & Est fallacia dictionis.
15. **Logica efficit Sophistas.** Er.
 Logica non est discenda. & Fallacia accidentis.
16. **Qui dicit te esse hominem, verum dicit.**
 Qui dicit te esse furunculum, dicit te esse hominem. Er.
 Qui dicit te esse furunculum, verum dicit.
- Item:* **Qui dicit te esse furem, falsum dicit.**
 Qui dicit te esse furem, dicit te esse hominem. Er.

" Régi nyontatvénok, Lócase, eveng. : "
 /314. ig. j. /

26-V

Qui dicit te esse hominem, falsum dicit. R. Fallacia à dicto secundum quid.

- 17. Qui natus est in tempore ex Maria Virgine, non est verus Deus.
Christus natus est ex Maria Virgine. Er.
Christus non est verus Deus. R. Fallacia ignorati elevari.
- 18. Papa est principium fidei: quia Matth: 16. dicitur: Tu es Petrus.
R. Fall. c. i petitionis principis.
- 19. Nemo venit ad Patrem, nisi Pater traxerit eum. Joh. 6. 44. Er.
Si Pater traxerit, venit. R. Fallacia consequentis.
- 20. Peregrinatio multa secum attraxit incommoda. Er.
Domi ad foculum semper delitescendum. R. Fallacia non-causae.
- 21. Utrum Christus & Deipara invocandi? R. Fallacia plurium interrog.
- 22. Homini datum est nōsse seipsum. (gationum.)
Digitus est hominis. Er.
Digito datum est nōsse seipsum. R. Confunduntur propositiones Logicae cum non-Logicis.
- 23. Omne id est madidum, quod est aqua.
Omne vinum est madidum. Er.
Omne vinum est aqua. R. Subjectum non est id, quod debebat esse.
- 24. Homo est declinationis tertiae.
Tu es homo. Er.
Tu es declinationis tertiae. R. Confunditur Suppositio Martialis cum.
- 25. Omnes Germani sunt populus mille myriadam. (Formali.)
Omnes Wittebergenses sunt Germani. Er.
Omnes Wittebergenses sunt populus mille myriadam. R. Confunditur suppositio personalis cum simplici.
- 26. Animal est homo. Bos est animal. Er:
Bos est homo. R. Medium utrobique suppositio nem non-distributivam.
- 27. Qui natus est, non est nascendus. (redoler.)
Omnis homo natus est. Er:
Nullus homo est nascendus. R. Confunditur Status cum Ampliatione.
- 28. Omnes operarii in vinea Domini sunt homines.
Exigui sunt operarii. Matth: 9, 37. Er:
Exigui seu pauci sunt homines. R. Minor virtualis negativa.
- 29. Possibile est studiosum esse meribibulum.
Impossibile est rusticolam esse studiosum Er:
Impossibile est rusticolam esse meribibulum. R. Resolve modales Compositas in divisas & fucum subito animadvertes.

" Régl nyomtattványok, Lőcse, evang. : " /314. 18. J. /

- 30. Solá fidei
Non grat
- 31. Nullus ele
Quidam e
- 32. Qui non e
Christiani
Christiani
- 33. Tu aut es e
Non equi
Canis. R
- 34. Omne id e
Gallina est
Gallina est
po
iub
- 35. Istæ duæ :
Omnis hor
m
- 36. Hæ duæ :
Aliquis im
Prior patet
lis
po
- 37. Non justifi
Aliquis viv
un
- 38. Nullus doct
Nullus tyro
tus
- 39. Fides sine o
Q justificat
fide
fin
- 40. Adam potu

43 24

30. Solá fide justificamur. Er: Non gratia DEI. & Exclusiva sola opposita excludit.
31. Nullus electus perit nisi filius perditionis, Joh:17,12. Er. Quidam electus perit. & Exceptum debet contineri sub subjecto propositionis exceptivæ.
32. Qui non credit damnatur. Christianus credit. Er: Christianus damnatur. & Major infinita ex parte subjecti requirit minorem infinitam ex parte prædicati.
33. Tu aut es equus, aut canis. Non equus. Er. Canis. & Disjunctio non dirimit nisi immediatè opposita.
34. Omne id est bipes, quod est homo. Gallina est bipes. Er. Gallina est homo. & Major non est Universalis: quia non omnis propositio est universalis, quæ habet signum universale; sed in qua subjectum supponit distributivè.
35. Istæ duæ: Omnis homo est aliquod animal. Omnis homo non est aliquod animal. Sunt contrariè oppositæ & tamen simul veræ. Pater de posteriori: quia non est bos.
36. Hæ duæ: Nullus imperialis debetur creditori. Aliquis imperialis debetur creditori. Utræq; vera: Posterior vera. Prior patet: quia non debetur ei hic, aut iste, aut ille, aut alius imperialis. Non hic; quia dari potest alius, non isto; quia iterum dari potest alius.
37. Non justificabitur coram te **אין-לך** omnis vivens. Er: Aliquis vivens coram te justificabitur. Ratio: quia ab æquipollente una ad æquipollentem alteram est formalis consequentia, & **לך אין** apud Hebræos usitatò idiotismò est idem quod *Nullus*.
38. Nullus doctus erit tyro. Er. Nullus tyro erit doctus. & Lex Conversionis est ut totum prædicatum in locum Subjecti transponatur.
39. Fides sine operibus justificat. Er: Q justificans est fides sine bonis operibus. Falsa convertens; quia talis fides est emortua. & Inferendum; Er: Quod est justificans sine operibus est fides.
40. Adam potuit non peccare. Er. Non po-

" Régl nyomtattványok, Lőcsé, evang. : "

o secundum
quid.
eus.
Petras.
Er.
n-causæ.
rium interro-
(gationum.
ositiones Lo-
non-Logis.
bat esse.
rtialis cum
(Formali.
Confunditur
um simplici.
tributivam
(redolet.
npliatione.
dales Com-
30.50.

26-V

Non potuit peccare. & totum prædicatum est infinitandum.

- 41. Solus Deus est infinitus. Er.
Solus est. & Ab est tertii adjecti ad est secundi in exponibilibus non procedit.
- 42. Quod scriptum est scriptum est.
Hoc Pilati verbum, JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM, scriptum est. Er.
Hoc Pilati verbum scriptum est. Hæc Sylloga tres habet terminos.
- 43. Scamnum est ligneum.
Tu sedes in scamno. Er.
Tu es ligneus. & 4. termini.
- 44. Q homo est Philosophus.
O. rusticus est homo. Er.
Q rusticus est Philosophus. & Medium in neutra distribuitur.
- 45. O. corpus est Substantia.
Spiritus non est corpus. Er.
Spiritus non est Substantia. & Procedit à non-distributo
- 46. Q. peccatum est fornicatio.
Q. peccatum est mendacium. Er.
Mendacium est fornicatio. & Ex meris particularibus,
- 47. N. homo est lapis.
N. hæmatites est homo. Er.
N. hæmatites est lapis. & Ex meris negativis.
- 48. O homo Philosophus est doctus.
Rusticus est homo. Er.
Rusticus est doctus Philosophus. & Medium ingreditur conclusionem.
- 49. Judas prodidit Christum.
Judas est Apostolus. Er.
Q Apostoli prodiderunt Christum. & Plus in conclusione.
- 50. Qui sunt non-homines, non egent mediatore.
Electi egent mediatore. Er.
Electi sunt non-homines. & Conclusio non sequitur pattem debiliorem.
- 51. O. ii sunt homines, qui sunt rustici.
O. cives sunt homines. Er.
O. cives sunt rustici. & Major in prima Figura particularis.
- 52. Qui salvantur, pro iis Christus est mortuus.
Soli electi salvantur. Er.
Pro Solis electis Christus est mortuus. & Minor negans.

" Régi nyomatavnyok, Lőcse, evang. : " /314.ig.j./

- 53. O. qui sunt viri, f
Mulierculæ sunt
Mulierculæ sunt v
- 54. O. non habens pr
Anima humana n
Anima humana n
- 55. N. cygnus est cret
O cygnus est albu
Q creta non est al
- 56. O. electus salvatur
O. electus est hon
O. homo salvatur
- 57. Quidam tertium c
Paulus raptus fuit
Paulus raptus fuit
Tertium cœlum est
fuit in Pa
est Paradi
veris præ
sequentia
Q qui rap
radilum.
- 58. Si homo est leo, e
Homo non est leo
Homo non est ani
- 59. Si homo est leo est
Homo est animal
Homo est leo. Er
- 60. Aut homo es, aut
Homo es. Er:
Homo non es
Item: Aut asellus es, a
Asellus non es. Er
Asellus es. & Er
- 61. Judas aut est electu
Non est electus.
Non est damnatus

53. O. qui sunt viri, sunt homines.
Mulierculæ sunt homines. Er:
Mulierculæ sunt viri. & Major in secunda Figura particularis.
54. O. non habens principium non habet finem.
Anima humana non habet finem. Er:
Anima humana non habet principium. & Conclusio non est negans.
55. N. cygnus est creta.
O cygnus est albus. Er:
Q creta non est alba. & Minor negans in tertia Figura: quia μεταθεσις
(propositionum).
56. O. electus salvatur
O. electus est homo. Er:
O. homo salvatur. & Conclusio non est particularis.
57. Quidam tertium cœlum ex 1. Cor. 10. ita probant:
Paulus raptus fuit in Paradisum.
Paulus raptus fuit in tertium cœlum. Er:
Tertium cœlum est Paradisus. & (1) N. V. C. Arguo: Paulus raptus
fuit in Paradisum. Paulus raptus fuit in carcerem. Er: Carcer
est Paradisus. Aut quando in simili argumentandi formâ ex
veris præmissis sequitur conclusio falsa, semper neganda est con-
sequentia. (2) Quinq; termini. (3) Conclusio inferenda. :
Q qui raptus fuit in tertium cœlum, est is, qui raptus fuit in pa-
radisum. Quod præcipuè in tertia Fig. attendendum.
58. Si homo est leo, est animal.
Homo non est leo. Er:
Homo non est animal. & procedit à remotione antecedentis.
59. Si homo est leo est animal.
Homo est animal. Er:
Homo est leo. & Procedit à positione consequentis.
60. Aut homo es, aut non es.
Homo es. Er:
Homo non es
Item: Aut asellus es, aut non es
Asellus non es. Er:
Asellus es. & Procedit à positione ad positionem.
61. Judas aut est electus aut damnatus.
Non est electus. Er:
Non est damnatus. & à sublatione ad sublationem N. V. C.

" Régi nyomatványok, Lőcse, evang. : "
/314.ig.j./

106

62. Non & canis es, & asinus!

At non es canis. Er:

Es asinus. & A sublatione ad positionem N. V:

63. Si uxorcula ducenda, aut bella aut non bella.

Si bellam duxeris, hacedis *καθήνην*. Si non bellam, habebis *πρωινήν*. Er:

Proxus non est ducenda. & Solvesis per retorsionem. Ducam non bellam, sic non habeo *καθήνην*: ducam bellam, sic non habeo *πρωινήν*.

64. Gretzerus in coll: Rarisbonensi fess: 10 B. Hunnio Opposuit:

Plerique hæretici audacissimè provocant ad S. Scripturam. Er:

S. Scriptura sola non est iudex controversiarum. & Non tam est enthymema, quam argumentatio imperfecta: neq; enim idem Subjectum, neq; idem prædicatum est. Urgendus igitur in simili casu (quod observavit B. Hunnius) sectarius erit, ut formam exhibeat integram.

65. Doctor Dannhæwerus, Scharsius, Bartholinus conscripserunt Logicas. E.

Omnis Doctor conscripsit Logicam. & Negando: datur instantia.

66. Paulus didicit mysteria in tertio cælo. Er:

Et nobis ibidem discenda.

Item: Israëlita edebant carnem Iehoni non aliter quàm fide. Er:

Nec nos aliter edimus. & Dispar ratio.

67. Ex ebrietate oriuntur mali mores. Ex malis moribus bonæ leges. Ex bonis legibus salus reipublicæ. Er: Ex ebrietate oritur salus reipublicæ. & In sorte propositiones debent esse per se & necessariae.

Item: Homo est animal, Animal est corpus, Corpus est Substantia. Substantia est lapis. Er: Homo est lapis. & Secundò debent esse Universales.

Claudo: Qui malè bibit, malè dormit. Qui malè dormit, vigilat. Qui vigilat non venit in tentationem. Er: Qui malè bibit non venit in tentationem.

πλσ

Gloria. s: IC. Vni seMper. VbiqVe Deo!



" Regl. ny omst. 18. j. / 1714. 18. j. / Libræ, evang. "



C Rasi di

Sit Samson,
Annosus Py
Putri secula
Puris est. an

Haut quan

Nomen, se
Pergis non
Quæ non f
Phœbejo p
ò sic perge
Cum tefat
Sic olim tu
Et pro mu



Joannes Bahil Badinensis

Anagramma

In annos da lineis. Habebis.

Enodatio.

CRæsi dives opum fit, miserum mox Dea cæca
reddet

Sit Samson, sit Achilles quatiet Martia morbus ossa,

Annosus Pylus, par Pirithoo, similis Dianæ

Putri secula penso vacuabit Lachesis maligna:

Puris est animus Thesbiadum commadefactus

undis,

Haut quando moritur sentiet ac haud metamor-

phosæum

Nomen, sed merito fama per orbem recoletur ejus.

Pergis non male tu, dū Sophiæ quæris opes sacratas,

Quæ non fur rapiet nec minuet tinea fœda morfu,

Phœbejo potius perpetuo lumine quæ micabunt.

ô sic perge! Viros sedulitate ac imitare claros.

Cum tefata sinunt pectora tum subdita *lineis da.*

Sic olim tua laus crescet *in annos*, tua fama crescet,

Et pro munere vitæ in superis foenus *habebis alnum.*

Hæc paucula ex animo sincero
apposuit,

ELIAS TELCONIUS.

C 2.

ô præ.

Er:
ducam nonbel-
n habebc
luit:
Er:
n tam est enthy-
nim idem Sub-
igitur in simili
ut formam ex-
runt Logicas. E.
r instantia.

Er:
onæ leges. Ex
oritur salus rei-
per se & neces-
ntia. Substantia
esse Universales.
lat. Qui vigilat
non in ten-

Regl. Ryomtatv...
/314.18.1./
" : eveng. : "

20-V

ô præpulchra animi bona!
ô præclara tui fors studii atq; amor!
Ut florum ingenii hoc tempore Tui fulget amœ-
nitas.


Nam ceu nucleolum nuce,
Tu nunc en! Logicâ ex optima congeris,
Nodos Gordianos intrepidus solvere sustines.

Ergo quicquid agis, geris,
Præfens sit Dominus maximus, optimus,
Et dextrâ Tibi nunc munificâ, dexter ad hæreat.

Nec quicquam metuas, quia
Defendet Domini Te suavis favor,
Mercedemq; laborum cumulatam dabit affatim.

Amoris & favoris *ἡμετέριον*, constantiss; me-
morix *κεκλημένον*, probæ indolis Juveni Jo-
HANNI BAHIL, olim condiscipulo carissi-
mo apposuit:

ANDREAS FOXIUS *Trenschinien.*
p. r. Gymn. Leutschov Al.



Regl. / 314. 18. J. /
" Regl. nyomatvanyok, Ibbae, evang. "

DI
CUN
CANDID
Generosa
MARTIN
CASPAR
JOHANN
STEPHAN
SIGISMUN
JOHANN
Cateris
STEPHAN
BAR